

non pendimus, sed numeramus argentum, signatum utique; at juxta antiquum loquendi modum dicimus, *pende mihi argentum*, id est, solve. Neque alienum est à vulgari dicendi modo dicere: Hoc vas, hæc imago pendit mille argenteos, id est, valet, quia juxta morem antiquum mille argentei essent pro vase, seu imagine pendendi. Sic ergo corona aurea pretiosissimis exulta gemmis dicitur *pendere talentum*; vel quod idem est, *habere pondo auri talentum*, quia talenti unius aurei valorem habuit, et pretium.

Quod autem talentum non habeat posteriori seculo centum minarum pondus, vel unus hic locus, quem habemus præ manibus, abundè docet. Quis enim credat centum minarum coronam potuisse ab Ammonitarum rege, et deinde à Davide in capite gestari? Et Apocal. cap. 16, v. 21, grando talentari magnitudine cecidisse dicitur. Hanc porrò quis unquam aut vidit, aut cogitavit tantum habere potuisse ponderis? Alia occurrunt plurima in Salomonis templo, sacræque suppellectili, quæ talentorum aut pretio, aut pondere æstimamus, quæ sanè aliquid haberent prodigio simile, et supra humanam fidem, si ad antiqui talenti legitimum pondus expendamus.

VERS. 31. — POPULUM QUOQUE EIUS ADDUCENS SERRAVIT (1). Factum hoc planè barbarum est,

(1) *David ayant fait sortir les habitants de Rabbath, les colpa avec des sciés, fit passer sur eux des chariots avec des roues de fer et les jeta dans des fours où l'on cuit la brique.* La manière dont David traite les Ammonites en cette rencontre, à n'en juger que par la première vue, pourrait paraître sévère jusque dans l'excès. Mais on doit considérer premièrement que les Ammonites avaient violé le droit des gens par les outrages dont ils avaient déshonoré les ambassadeurs de David, lorsqu'il ne pensait qu'à rendre à leur roi un témoignage d'affection, et une déférence d'honneur. Ainsi il était juste de punir par un supplice exemplaire une insolence si inouïe, qui rejallissait en quelque sorte sur tous les rois et tous les peuples du monde. Secondement il paraîtrait peu raisonnable d'attribuer en cette occasion de la cruauté à David, lui qui par une pente naturelle a toujours eu une générosité et une douceur qui à ravi en admiration ses plus grands ennemis, et qui a tiré des larmes de la dureté même du cœur de Saül. Troisièmement, lorsque la qualité d'une action peut être douteuse, et que l'Écriture ne la détermine pas, il semble qu'il y aurait de la témérité à la condamner, principalement en une personne comme David, qui étant prophète, a pu faire certaines choses singulières par un ordre de Dieu, quoique l'Histoire-Sainte ne le marque pas. Ceci se peut dire avec d'autant plus de vraisemblance, touchant le supplice de ce peuple, qu'il paraît par d'autres endroits de l'Écriture, que Dieu a puni

et ejus, qui omnem humanitatem exuit, et ferinos imbibit mores et spiritus. Quod tantum facit verisimile peccati natura, quæ homines ferino ingenio facit quàm simillimos. Et ideo putabamus supra, quod nunc etiam putamus, hæc à Davide eo suscepta fuisse tempore, in quo nondum à peccato resipuerat, id est, antequam à Nathan admonitus peccatum agnosceret, et pœnitendo detergeret. Hoc verò supplicium usque adeò horribile superioribus seculis visum est, etiam apud gentes, ut nunquam fuerit neque contra magnorum scelerum reos auditum: Aulus Gellius lib. 20, cap. 2, ait in decem tabulis hoc irrogatum esse supplicium debitoribus, qui solvere non possent, ut secarentur in plures partes, et inter plures creditores distraherentur; sicut modò cum quis satis facultatis non habet, ut pluribus satis solvat, illius pecunia in omnes distribuitur. Sed nunquam lex illa fuit executioni mandata. Sic enim apud Gellium Sextus Cæcilius supra: « Dissectum esse antiquitatis neminem legi, neque audivi. » Aliis tamen posterioribus seculis (tantum valet malum principum exemplum) tam apud profanos, quàm apud scriptores sacros exempla occurrunt non pauca, quorum aliqua adduximus in nostris Commentariis super Isaiam, Prolegomeno de genere mortis Isaiæ, ubi ex multorum Patrum sententiâ diximus, à Manasse serrâ fuisse dissectum. Et in Commentariis super Amos, ad illud cap. 1, v. 13: *Eò quòd disseceverit prægnantes Galaad.*

ET CIRCUMEGIT SUPER EOS FERRATA CARPENTA. Crudele hoc quoque supplicium, et fortassè

souvent avec une très-grande sévérité toutes ces nations infidèles, qui combattaient sa divinité jusqu'à brûler leurs propres enfants en l'honneur de leurs idoles, et qui étaient la figure des ennemis irréconciliables de l'âme, qui sont le péché et le démon. Ainsi nous avons vu auparavant que Dieu commanda à Saül d'exterminer les Amalécites sans en épargner un seul, et que Samuël en tua lui-même le roi, *qu'il colpa en morceaux.* Ce que l'on pourrait croire avoir quelque chose d'inhumain, si ce saint prophète n'avait agi en cette occasion par un ordre qu'il avait reçu du ciel. Car Dieu nous a voulu enseigner par cette punition extraordinaire des ennemis de son peuple, à être saintement sévères envers nous-mêmes, qui sommes nos véritables ennemis, et à combattre nos mauvaises inclinations par la vertu de sa parole, qui divise la chair d'avec l'esprit, selon saint Paul, qui perce l'âme par les pointes d'une frayeur salutaire, et qui consume tout ce qu'il y a d'imput dans nous, par le feu de cet amour que son Esprit-Saint répand dans nos cœurs. (Sacy.)

sine exemplo edidit David; licet aliquid non admodum dissimile videamus factum à Gedeone, Judic. 8, v. 16: *Tulit, inquit, seniores civitatis, et spinas deserti, ac tribulos, et contrivit cum eis, atque comminuit viros Soccoth.* Quomodò ferratis rotis, seu plaustris terantur fruges, diximus in nostris Commentariis super Isaiam ad illud cap. 23: *Triturabitur Moab*; et cap. 41, ad illud: *Posui te quasi plaustrum triturans novum, habens rostra serrantia.* Eo ergo modo egit David plaustra serrantia, seu horrentes tribulos silice, aut acutâ cuspide, quo modo agricola tribulos immitit in fruges, quas in arèâ triturare solet, quas comminuit et dividit, et penè redigit in pulverem.

DIVISITQUE CULTRIS. Hebraicè est *be migzeroth*, quod Septuaginta vertunt *σείρανα*, quod nomen *asciam* significat. Chaldæus *secures* vertit. Sanè nomen illud ad multa patet; significat enim instrumentum, quod secat et dividit, atque ideo in serram etiam convenire potuit. Hieronymus *cultros* reddidit, quia hoc ad scandendum instrumentum esse maximè familiare. Translatio Hispanica convertit: *En los lagares de el fierro.* Unde id sumpserit, non video. Fortassè illam vocem *prælum* significare credidit: et sanè vox illa adeò latè patet, ut ad prælum quoque accommodari possit. Et quidem trapeutum aut mola, quæ olivas terit atque comminuit, Punico vocabulo, quod ab Hebraico traxit originem, *almacar* appellatur, quod modico flexu differt ab Hebraico.

ET TRADUXIT IN TYPO LATERUM. Septuaginta, ut est in Complutensi: *Et circumegit eos per aciem.* Chaldæus, *per vicos.* Plerique alii *per fornacem*, ut habent communiter Septuaginta. Vulgatus in typo transtulit. Hebraicè est *malben*, in nonnullis autem locis *malken*. Priori modo sine dubio legit Hieronymus et complures alii qui hic aliquid vident, quod ad lateres pertinet. Quidam putant per acutos lateres aut per laterum acervos raptatos esse Ammonitas, et sic lento et crudeli tractu fuisse laceratos atque dissectos. Alii in loco strato lateribus, id est, in arèâ, quæ lateribus ex arte dispositis æquari solet, passos esse aut dentatas carpentorum rotas, aut acutos tribularum silices. Ego id probo, quod pluribus placuit, *typum* nempe *laterum* esse fornacem, in quo durantur et coquantur lateres. Dicitur autem *typus*, non ut quidam putant, quia ibi formantur lateres; nam reverà non formantur in clibano; sed qui extra illum erant formati, et tantum crudi lateres, intra coquantur, et ab

igne duritiem et firmitatem accipiunt. Potius ego dicerem, quia *typus* dolorem significat, aut vulnus quod dolorem incutit, à verbo *תָּפַח*, quod idem valet, quòd *percussio* ac *verberatio*, quasi dicat, talem accepisse plagam, aut talem dolorem subiisse Ammonitarum populum, qualem subiissent lateres, qui coquantur in clibano, si modò vitam et sensum habuissent. Sed neque hæc mihi explicatio placet, quia illa *typi* significatio rarior. Placet multò magis, atque omninò, si in typo similitudo intelligatur, et exemplar. Quasi dicas, Ammonitas conjectos fuisse in fornacem, quemadmodum in illum conjiciuntur lateres, et ad illorum exemplar; et talia ibi fuisse passos, qualia ibidem patiuntur lateres; neque magis in eorum dolore doluisse Davidem, aut majorem habuisse curam, quàm haberet figulus, qui formatos è luto lateres in fornacem immitit. Postquam autem David Ammonitarum urbes peragravit, et ubique locorum acerbatis illius exempla reliquit, reversus est in Jerusalem, ubi admonitus à Nathan, de peccato doluit; et illa aut egit aut subiit, quæ hoc ipso toto capite ad v. 26 legimus.

Antequam ex hoc capite, quod Davidis peccatum et pœnitentiam continet, emigremus, exploremus oportet, expendamusque an à Davide in hoc planè barbaro sumendo supplicio, peccatum sit. Abulensis negat q. 30, et causas adducit quæ ante Davidis peccatum, aut certè post ejus pœnitentiam, minùs essent infirmæ. Sed illa est omnium gravissima, quia Scriptura sacra, si hic aliquod intercessisset scelus, non diceret lib. 5 Reg., cap. 15: *Eò quòd fecisset David rectum in oculis Domini, et non declinasset ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ, excepto sermone Uriæ.* Sed nos, qui peracta hæc dicimus, quo tempore David in fermento erat, et in medio peccatorum æstu, alius à se ipso, quique libentiùs suis affectibus quantumcumque immoderatè profusus, quàm Dei voluntati serviebat, meritò existimamus gravissimum in hæc suppliciorum acerbitate Davidem admisisse peccatum. Sed peccasse ais Ammonitas contra jus gentium, quod legatorum immunitati consulit, et cum gravis fuerit legatorum injuria, quid mirum, si gravis quoque fuerit scelerum pœna? Sit ita sanè, luerint tam immane supplicium et rex, qui injuriam intulit, et qui illi tam ignominiosum, et in commune bonum tam perniciosum dedere consilium. Sed quid alii plurimi commuere, quos in ejusdem pœnæ societatem

compulit, qui neque tanti sceleris fuere conscii, neque probavere factum, imò illud fortassè vehementer execrati sunt? Sanè hoc modo in omnes Ammonitarum civitates sævisse dicitur, in quibus nemo dubitat fuisse plurimos, in quibus fuerat nihil, quod tam immani supplicio puniri debuerit. Sic, inquit, *fecit universis civitatibus filiorum Ammon*. Oportuisse dices ut aliquid ad posterum extaret exemplum expiatisceleris tam severo supplicio, ut sanctum habeatur ubique, et injurià tutum legatorum nomen. Sanè, si scelerati plectantur; sed quod in tantâ multitudine scelus in legatos? Certè multò posteris perniciosius fuit extare in Israele, atque ad eò in rerum naturâ tantæ crudelitatis exemplum, ex quo addita est audacia aliis fortassè plurimis, ut illud supplicii genus et typum non horrerent, imò regium putarent esse facinus, cum à rege susceptum et inventum viderent. Neque fortassè Azael, qui lib. 4 Reg. cap. 8, dissecuisse dicitur prægnantes, illud facinus immane tentasset, nisi in Davide prius habuisset exemplar. Sanè Ammonitæ iidem, qui nunc à Davide malè vexati sunt, ut constat Amos cap. 1, dissecuerunt Galaaditides feminas, quod fieri posse, à Davide præeunte didicerant. Hoc quidem gravius fuit, et humano generi perniciosum magis, quàm violatæ legationis scelus esse impunitum. De hoc supplicio pluribus agimus in nostris Commentariis in cap. 1 Amos ad illud: *Eò quòd trituraverit in plaustris ferreis Galaad*.

Illud difficilium, quòd hoc inter Davidis scelera non numeratur, imò potiùs excluditur, dum tantum peccasse dicitur in Uriæ facto.

CAPUT XIII.

1. Factum est autem post hæc ut Absalom, filii David, sororem speciosissimam, vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius David,

2. Et deperiret eam valdè, ita ut propter amorem ejus ægrotaret, quia, cum esset virgo, difficile ei videbatur ut quidpiam inhonestè ageret cum eâ.

3. Erat autem Amnon amicus nomine Jonadab, filius Semmaa fratris David, vir prudens valdè.

4. Qui dixit ad eum: Quare sic attenuaris macie, fili regis, per singulos dies? cur non indicas mihi? Dixitque ei Amnon: Thamar sororem fratris mei Absalom amo-

Huic objectioni, quæ sanè facilis non est, responderi potest, alia etiam peccata admisisse Davidem, extra factum Uriæ. Nam numeravit populum, propter quod gravem Israeli toti cladem invexit, infra cap. 24, et in hoc ipso tempore causa fuit, ut multi quorum salutem consulere debuerat, cum Uriâ caderent. Neque est improbable toto illo tempore, quo in peccato vixit, quod exiguum non fuit, ab interpellatâ Bethsabæe de adulterio, usque ad reprehensionem Nathan, alia multa peccasse, quæ tamen Scriptura sacra non commemorat; quia eo acciderunt tempore, quo è peccato adversus Uriam nondum emergerat: atque ideò hoc etiam appellari potuit *Uriæ sermo*, quia spatium illud totum sermo sibi vindicavit Uriæ; et peccatum illud nondum dimissum in alia plura languentem regis animum præcipitavit. Sic ergo cum hoc peccatum, ut supra dicebamus, in tempus illud incurreret, in quo propter Uriæ sermonem cæcus adhuc erat et præceptis Davidis animus, in eo sermone comprehendere potuit. Neque sine causâ, opinor, dictum est, non peccatum Uriæ, sed Uriæ sermo, id est, historia Uriæ, quia ad illum sermonem, seu historiam pertinet, quidquid contra religionem et legem sub illud tempus admissum est à rege. Cur in peccatis David supra non memoretur populus numeratus, dum ab illo censu peccatum non abfuerit, diximus supra lib. 1, cap. 25, ubi etiam diximus, cur aliud grave peccatum non numeretur, quod juxta multorum sententiam admisit David, dum statuerat Nabalem de Carmelo, et omnem illius familiam, dum privatas ulciscitur injurias, extinguere.

CHAPITRE XIII.

1. Après cela Amnon, fils de David, conçut une passion violente pour la sœur d'Absalom, aussi fils de David, laquelle était très-belle et s'appelait Thamar.

2. L'affection qu'il avait pour elle devint si excessive que cet amour le rendit malade, parce que, étant vierge et renfermée dans des appartements où les hommes n'avaient pas la liberté d'entrer, il paraissait difficile à Amnon de rien faire avec elle contre l'honnêteté.

3. Cependant Amnon avait un ami ingénieux, nommé Jonadab, fils de Semmaa, frère de David.

4. Jonadab dit donc à Amnon: D'où vient, mon prince, que vous maigrissez ainsi de jour en jour? pourquoi ne m'en dites-vous point la

5. Cui respondit Jonadab: Cuba super lectum tuum, et languorem similia; cumque venerit pater tuus ut visitet te, dic ei: Veniat, oro, Thamar soror mea, ut det mihi cibum, et faciat pulmentum ut comedam de manu ejus.

6. Accubuit itaque Amnon, et quasi ægrotare cœpit; cumque venisset rex ad visitandum eum, ait Amnon ad regem: Veniat, obsecro, Thamar soror mea, ut faciat in oculis meis duas sorbitiunculas, et cibum capiam de manu ejus.

7. Misit ergo David ad Thamar in domum dicens: Veni in domum Amnon fratris tui, et fac ei pulmentum.

8. Venitque Thamar in domum Amnon fratris sui; ille autem jacebat. Quæ tollens farinam commiscuit; et, liquefaciens, in oculis ejus coxit sorbitiunculas.

9. Tollensque quod coxerat effudit et posuit coram eo; et noluit comedere, dixitque Amnon: Ejicite universos à me. Cumque eiecissent omnes,

10. Dixit Amnon ad Thamar: Infer ebum in conclave, ut vescar de manu tuâ. Tulit ergo Thamar sorbitiunculas quas fecerat, et intulit ad Amnon fratrem suum in conclave.

11. Cumque obtulisset ei cibum, apprehendit eam, et ait: Veni, cuba mecum, soror mea.

12. Quæ respondit ei: Noli, frater mi, noli opprimere me, neque enim hoc fas est in Israel; noli facere stultitiam hanc;

13. Ego enim ferre non potero opprobrium meum, et tu eris quasi unus de insipientibus in Israel: quin potiùs loquere ad regem, et non negabit me tibi.

14. Noluit autem acquiescere precibus ejus, sed prævalens viribus oppressit eam, et cubavit cum eâ.

15. Et exosam eam habuit Amnon odio magno nimis, ita ut majus esset odium quo oderat eam, amore quo ante dilexerat. Dixitque ei Amnon: Surge, et vade.

16. Quæ respondit ei: Majus est hoc malum quod nunc agis adversum me quàm quod ante fecisti, expellens me. Et noluit audire eam;

cause? Amnon lui répondit: J'aime Thamar, sœur de mon frère Absalom.

5. Jonadab lui dit: Couchez-vous sur votre lit, et faites semblant d'être malade; et lorsque votre père viendra vous visiter, dites-lui: *Je suis entièrement dégoûté*. Que ma sœur Thamar vienne, je vous prie, pour m'apprêter à manger, et qu'elle me prépare quelque chose que je reçoive de sa main.

6. Amnon se mit donc au lit, et commença de faire le malade; et, le roi étant venu le visiter, il lui dit: Que ma sœur Thamar vienne, je vous prie, et qu'elle fasse devant moi deux petits plats, afin que je les prenne à manger de sa main; *car je suis extrêmement dégoûté*.

7. David envoya donc chez Thamar, et lui fit dire: Allez chez votre frère Amnon, et préparez-lui à manger.

8. Thamar étant donc venue, trouva son frère Amnon qui était couché. Elle prit de la farine, la pétrit et la délaya, et fit cuire le tout devant lui;

9. Et, prenant ce qu'elle avait fait cuire, elle le mit dans un vase et le lui présenta. Mais Amnon n'en voulut point *alors* manger, et dit: Qu'on fasse sortir tout le monde. Lorsque tout le monde fut sorti,

10. Amnon dit à Thamar: Portez dans mon cabinet ce que vous m'avez apprêté, afin que je le reçoive de votre main. Thamar le prit, et le porta à Amnon son frère dans le cabinet.

11. Et, le lui ayant présenté, Amnon se saisit d'elle, et lui dit: Venez, ma sœur, couchez avec moi.

12. Elle lui répondit: Non, mon frère, non. Ne me faites pas violence; cela n'est pas permis dans Israël; ne faites pas cette folie;

13. Car je ne pourrai porter mon opprobre, et vous passerez parmi tout le peuple pour un insensé; mais demandez-moi plutôt au roi en mariage, et il ne refusera pas de me donner à vous.

14. Amnon ne voulut point se rendre à ses prières; et, étant plus fort qu'elle, il lui fit violence, et abusa d'elle.

15. Aussitôt il conçut pour elle une étrange aversion, de sorte que la haine qu'il lui portait était encore plus grande que la passion qu'il avait eue pour elle auparavant. Il lui dit donc: Levez-vous et allez vous-en.

16. Thamar lui répondit: L'outrage que vous me faites maintenant en me chassant est encore plus grand que celui que vous venez de